

Nos Antonius Suardus Comes J. U. D. Prot.^{us} Apost.^{us} ac Ill.^{mi} & Rev.^{mi} D. Joannis Francisci Mauroceni M. D. Patr.^{us} Venet.^{um} Vicarius in spiritualibus generalis, & in hac parte Exsecutor Apostolicus specialiter delegatus &c.

Noverint universi & singuli presentes nostras inspecturi, & legi audituri, qualiter retroscriptus Michael Joannes Marini nobis presentavit retroscriptas lite as Ap.^{us}, atque petiit, servatis servandis, illorum exseutionem sibi decerni & concedi. Nos igitur mandata Apostolica rite & legitime exsequi volentes, tes es fide agnos, medio juramento examinari fecimus, ex quorum depositionibus, a quæ ex juribus authenticis productis nobis constat, ipsum Michaellem die 31 Octobris 1628, in retroscripta Ecclesia S. Raphaelis baptizatum fuisse, & defectum natalium ex retroscriptis Livio & Perina genitum pati. Et præterea consideravimus diligenter circumstantias universas, quæ circa idoneitatem dicti Michaelis Joannis sunt attendendæ, & quod paternæ incontinentiæ imitator, prout testes affirmant, non est, sed bonæ conversationis & vitæ, aliisque merita sibi suffragantur. Quibus stantibus ipsum Michaellem Joannem ad retroscriptam legitimisationis & restitutionis gratiam obtinendam, sine retroscripto præjudicio admittimus, te unque in prædictis seu retroscriptis, juxta retroscriptam petitionem auctoritate Ap.^{us} dispensamus per presentes, quia sic secundum Deum, animæque tuæ salutem videmus expedire. Non obstantibus omnibus & singulis, quæ retroscriptus Ill.^{mus} & Rev.^{us} D. Nuntius Ap.^{us} in retroscriptis suis literis voluit non obstare.

Datum Venetiis in Palatio Patr. die 18 Sept. 1646.

Con-